

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. || Lvdovici || De Ponte Vallis-||Oletani, È Societate ||  
Jesv Theologi.|| De || Christiani hominis || Perfectione In  
Qvo-||libet eius Vitæ genere.|| Tomi Qvatvor.||**

Quorum argumenta ex S. Rvth Historia præcipue desumpta

**Puente, Luis de la**

**Coloniæ Agrippinæ, 1626**

Cap. I. Duplex ingressus in Religionem, alter ad Probationem, alter per tria  
vota: & quænam vterque complectatur

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45802](#)

## TRACTATVS V.

DE INGRESSV IN  
RELIGIONEM, TYRONVM

EDVCATIONE, EORVM TENTATIO-  
NIBVS, AC PROBATIONIBVS; ET MODO  
AC RATIONE VOTA, ET PROFES-  
SIONEM emittendi.

## CAPVT I.

DPLEX INGRESSVS IN RELIGIONEM, ALTER  
ad Probationem, alter per tria vota: & quanam uerque  
complectatur.

**V**M STATVS RELIGIONIS ADO SIT EXCELSVS, difficultis,  
ac perpetuus, vt hactenus vidimus: statuit Ecclesia sancta: ne,  
vocati à Deo ad eum suscipiendum, statim, & quasi primo  
ipso aditu ingressi, perpetuo in eo absque alijs probationibus  
& circumstantijs permaneant; sed cum matura deliberatione &  
prudentia duplē faciant ingressum: primum quasi ad probationem, indu-  
entes habitum Religionis: vt faciunt Tyrones, siue Nouitij: tum, vt ipsi  
met probent, & per aliquod tempus experiantur onus, quod suscipere cogi-  
unt: tum, vt ipsa Religio probet, & exactius eum agnoscat, quem est admis-  
sor. Et cum utriusque parti erit in illo temporis spatio satisfactum; fiat alter  
ingressus, qui sit futurus perpetuus: quo alligatur, qui primum fecit ingressum,  
tribus substantialibus votis, *Pauveratis, Castitati, & Obedientia*; in quibus Religionis  
essentiam consistere, superius diximus. Ac proinde hæc vo-  
ta sunt ianua, ad verè ac perfectè Religionem ingrediendam: & eadem con-  
stituunt Christianum in statu religiō: sicut Baptismus est prima porta, qua  
toritur in Ecclesiam; & qui ingreditur, verè suscipit statum Christiani. Et  
enemadmodum Catechumeni, etiam si omnia credant, quæ fides docet; &  
ponte sua custodiant omnes eius leges: non tamen sunt adhuc veri Christi-  
ani, donec baptizentur: per Baptismum autem sanguis membra corporis mystici  
Ecclesie Catholice: Ita, inquam, Nouitij, licet habitum Religionis gestent,  
enique Regulas omnes obseruent: non tamen sunt perfecte religiosi: sed id  
agunt, & in via versantur, vt tales sint: & tunc demum tales erunt, cum Vota  
predicta fecerint, aut Professionem: quibus incorporantur aut immittun-

Duplex re-  
ligionis in-  
gressus.  
Primus ad  
probatio-  
nem.

tur in mysticum Religionis illius corpus: Et tunc plenè cenfetur compo  
ingressus in eam. Dixi; per vota, aut Professionem: è quod à pluribus  
mis Pontificibus declaratum fit, eos, qui in societate Iesu, post elapsos  
annos probationis, vota ediderint, etiam si illa non sint solenia esse verba  
ligiosos, & inhabiles ad matrimonium contrahendū, quamdiu prædicti  
sunt obstricti; quamus eidē super sit terius perfectior ingressus per prob  
onem solennē: vt ex eorundem Pontificū Bullis & Constitutionibus coll.

SED ut ad ea, quæ proposuimus, reuertamur: qui à Deo ad Religionem vo  
tur, voluntque diuinæ vocationi acquiescere: virumque hunc ingressum  
dine suo debent procurare, petentes eos à Praelatis, ad quos spectat  
admittere: vt tentes verbis illis Dauidis: aperite mihi portas iustitiae: angeli  
eas confitebor Domino: hec porta Domini, iusti intrabunt in eam, Porta iustitiae  
in secundo tomo est dictum) lunt præcipua media, quæ Deus Dominus  
stet in sua Ecclesia constituit, ad perfectam Sanctitatem obtainendam. Qu  
rum potissimum, est ipsa Religio, eiusque tria vota: quæ sunt portæ per  
fectionis Euangelicæ. Et quamvis Dauid primum portas appellauerit, actual  
nuans esse multas: postea tamē dixit portam, propter unionem inter se omnia  
qua unum statum Religionis efficiunt. Has portas Praelati Religionis  
riunt primum sacerdotibus, cum eos habitu suæ Religionis induant; & im  
ter Nouitijs, elapso tempore probationis, cum eos ad emitenda vota, ut pro  
fessionem admittunt. Ad ipsos tamen vocatos à Deo, spectat, instanter pre  
re, vt sibi aperiantur, desiderantibus per eas ingredi, ad Deum perpetuo in  
dandum, suamque vitam totam in eius obsequio expendendas; non quoniam  
docunque, sed valde eminenter. Ideo enim Laud addidit: iusti intrabunt pe  
ram, quamvis enim, antequam ingrediantur sint iusti: cupiunt tamen inge  
di Religionem, vt iustificantur & sanctificantur adhuc. Est enim in hoc  
Religio quasi templum illud, quod vidit Ezechiel: & habebat tres portas  
ingredendum atrium exterius; & unam præterea pro ingressu ad patiem  
teriorem. & eum Angelus b metiretur distantiam ab alijs portis ad hanc, que  
nit esse centum cubitorum. Hunc in modum dicere licet: Religionem imp  
ro suo ingressu, (qui spectat ad Tyrone) habere tres portas, tres scilicet in  
genus & nobiles renunciations, quas facere constituent, ut vocationes  
uinæ obedienti: quibus inniti debent, ut mox videbimus, tria vota: & quoniam  
ea emittunt, ingrediantur per interiorem Religionis portam: per quem in  
gressum vniuntur intimè sum ipsa, sed inter primum & secundum inge  
ssum est mensura centum cubitorum, qui numerus (vt ait S. Gregorius)  
perfectus: vt significetur iter perfectionis, quod confidere debet à tempore  
quo Deus illos ad Religionem vocat, donec in eam per vota emittantur  
grediantur: magnum ostendentes animum peccusq; robustum in his qua

a Psal. 117.

19.

Tract. 1.c.4

b Ezech.  
10. 23.Hom. 18. in  
Ezech.

rebus. **Primum**, ut omnibus temptationibus Dæmonis, mundi carnis, qui-  
bus eos conantur auertere, ne diuinæ vocationi acquiescant, nec faciant pri-  
mū ingressum in Religionem; aut, si ingredientur, ne in ea perseverent, nec  
al secundum pertueriant. His inquam temptationibus fortiter se opponant,  
resistant: licet eadem durent etiam post Professionem, & usq; ad finē vite-  
siquoniam etiam ipsi Prælati vocatos tentant, varijsq; modis probant, &  
excent perentes Habitum, ante quam illū dent; & multo amplius, postquam  
deserunt, toto tempore tyrocinij, antequam ad secundum ingressum & Pro-  
fessionem eos admittant: debent ipsi magnam animi fortitudinem ac si-  
debat in his omnibus probationibus ostendere: ut fructum & utilitatem  
eis, sicut ex prioribus capiant. Et hinc tertium illud oritur, in quo debet  
valde elucere: ut magno furore ea omnia exerceant, quæ ad triū votorum  
Regularum obseruationem spectant: ad quæ postea se obligabunt. Hæc  
denim potissima omnium probatio. Hanc ultimè sequitur ipsa votorum  
missio quæ in tanta excellentia & perfectione facient, quantam excellens  
est oblatio iure suo exigit.

**Q**UATUOR hæres erunt tractatus huius argumentum, eo ordine quo  
int polite. **A primis** igitur initium facientes: eius figura, & quasi ad viuum i-  
mago processit in colloquio, quod Moyses & Aaron, nomine totius populi  
Hebrei, habuerunt cum Pharaone, & eius ministris, à quo captiuus teneba-  
tur graniterq; premebatur cōsciendi lateribus. **Primum** autem, quod Pha-  
raoni dixerant, fuit: *c. Deus Hebraorum vocauit nos, ut eamus iter triū dierū in*  
*landinē, & sacrificemus Domino Deo nostro: ne forte accidat nobis pestis, aut*  
*plaga.* Hæc ratio est & idea quædā supernæ vocationis, qua Dominus no-  
stræ electos suos inuitat, ad deserendum mundum, per Ægyptum significatū  
in quo Dæmon tanquam alter Pharaon, vult illos terrenis operibus semper  
occupari. Deus vero; cùm eos vocat, inspirat, ut accedat ad sacra Religionis  
solitudinem, in qua offerant sacrificia & holocausta trium votorum: post-  
quam trium dierum iter consecerint, facientes in fine eorum tres stationes.  
quemadmodum Hebrei fecerunt, cum exierunt ex Ægypto. Quæ statio-  
nes ob oculos nobis proponunt tres insignes renunciationes, quas faciunt,  
qui Religionem ingrediuntur: sunt quæ materia trium votorum, quæ ad fi-  
nem tyrocinij offerunt.

**P**rimi diei iter est renunciatio omnium personarum huius mundi, quas  
valde diligunt & magni faciunt: quales sunt parentes, fratres, cognati, & ami-  
ci. Renunciatio item iuris habendi eas personas, quæ mutuo valde tenerè se  
diligunt, quales sunt cōinges & filij: ut liceat ipsis in perpetua castitate viue-  
re, exentes radicitos ex corde inordinatum ad huiusmodi personas affectū  
& mortificando omnem carnis & sensuum amorem erga eas. Id enim Dens

*c. Exod. 5. 3.  
& 6. 3. 18.  
Deus ele-  
ctos inui-  
tat.*

d Gen. 12.1.  
Psal. 4.11.  
c Hebr. 7.3.

f Exod. 12.

37.

Eph. ad  
Pabiol. de  
42. mansio-  
nib.  
vide in to-  
mo. 1 Tract.  
2. 6. 2.

gloian. 16.21

2.  
h Exod. 12.  
37.  
S. Bernar.  
Sermo. 9. de  
Resurrect.  
i. 1. Timet  
6. 8.

iubet nos facere, cum dicit, sicut Abraham: d egredere de terra tua, & de con-  
natione tua, & de domo patristui; & veni in terram, quam monstra reuoluisti.  
illud Psalmi: e audifilia, & verde, & inclina aurem tuam: & obliuiscere popu-  
lum, & domum Patris tui. Et concupisces Rex decorum tuum: persuadentes te-  
bis Religiosum (vt Sanctus Bernardus ait) debere esse sicut Melchisedech,  
de quo dixit Apostolus, quod fuerit e sine Patre, sine matre, sine genealogia;  
consequenter neque uxori habuit, neque filios, neque cognatos in mundo:  
non quod verè non habuerit parentes & genealogiam; sed quod nulla lit-  
rum mentio, aut memoria, quasi nihil horum habuerit: ita igitur Religio-  
ni parentes habeat, fratres & cognatos: ita tamen constitutus esse debet  
atq; si nihil horum haberet: eò quod ex toto corde suo eorum obliuiscatur.  
Sed in hoc itinere magnæ angustiæ & anxietates tolerantur. Nam propter  
populus habuit in Rameſſe, quæ teste S. Hieronymo, erat ciuitas quadam  
finibus Aegypti: quo receperant le Hebrei, ut ciuitas fugerent: & ipsa  
significat commotionem turbatam, sive amaritudinem: ad insinuando  
horrendam turbationem & amaritudinem, quæ oritur in corde, cum ei  
hæc renunciatio facienda. Nam quemadmodum homo in morte corporis  
grauius fert, delerere cognatos, & amicos, & quos teneret amat: in alia  
ciuili morte plurimum sentit hoc diuortium; gravesque sunt fluctus cog-  
itationum, & sensuum spiritum oppugnantium, ac turbantium: donec dia-  
na gratia adferat illi quietem, edito voto perpetua castitatis in vita a seculo  
separata. Idem etiam prædixisse videtur ipsa vox Rameſſe, quæ simul signifi-  
cat tonitruum gaudij: eò quod hæc renunciatio instar tonitrui initio tem-  
perat; sed postea magnum adferat gaudium; iuxta illud Salvatoris nostri: ga-  
dier cum parat, tristitiam habet: quia venit hora eius: cum autem peperit pa-  
ram non meminit pressuræ, propter gaudium; quia natus est homo in mundum, in  
qui vera & firma desideria, Christo Domino seruendi, concepit: cum en-  
trepere sunt præstanta, quasi partus doloribus cruciatur: eò quod à suis dilec-  
tis recedat, & omnem erga eos affectum deponat: sed statim atque in-  
feruentur exequitur, ingenti afficitur gaudio: quasi nouus homo intratu-  
sus in mundo, in Christo renouatus, qui nouam instaurat vitam, ipsius Chri-  
sti vita similem.

S E C U N D I diei iter & progressio, quæ diuina vocatio inspirat, eli-  
nūciatio rerum omnium temporalium, quas in mundo habebamus; & he-  
bentis eas recipiendi: vt possimus vivere in perpetua paupertate, non ab-  
bentes domos, non agros, non possessiones, nec rem villam, quæ nostra pro-  
pria dici possit. Et tunc transiit cum Hebreis ad secundam stationem in  
h Sochoth, quæ vox significat tentoria peregrinantium: sors enim & vi-  
Religiosorum, est quasi iter agentium & peregrinorum: qui neque habent  
neque

deque in itinere querunt bona stabilia; sed, vt Apostolus dixit: *i habentes a-  
limenta & quibus regantur, his contenti sunt*; perguntque in suo itinere absque  
ulla mora per semitam Euangelicorum consiliorum, vsque ad ipsam æter-  
nam vitam, qæ est vera ipsis patria. Quod si domum aliquam aut a-  
genitum in hoc mundo habent, id illis est tanquam tentorium iter agentium,  
ut peregrinorum hospitium in quibus non hærent, nisi tanquam in transi-  
tione, & quandiu præscribit obedientia: ideoque statim atque ipsa iubet, ut aliò  
transferant, locum illum relinquunt. Nominatim autem Tyrones sunt:  
qui peregrini in aliena terra: nam neque in mundo sunt, quem iam deseru-  
erunt; neque in Religione, cui necdum sunt per vota incorporati: sed perti-  
gunt, ut Religionem ingrediantur, quæ est terra; quam Deus eis monstrauit.  
Et quædammodum qui semper vixit in sua patria multo populo refecta;  
cum inde exit solus, & incipit per locum aliquem desertum ambulare, sen-  
sit naturaliter tristitiam & affligitur, quod se videat solum pauperem, & e-  
genum rerum, quas prius in magna copia habebat; & quod cum ignotis  
hominibus sibi sit agendum: ita qui discedit ex seculo, in quo omnia relin-  
quit, valde oppugnatur fluctibus tristitiae ac desolationis, ob defectus rerum,  
quos sustinet corpus; & propter solitudinem, & auersiōnem quam noua vi-  
tendi ratio eiad fert: sed e vestigio diuinæ vocationis accedit gratia, ut con-  
soletur tristem, ostendens ei, sicut Patriarchæ k Jacob soli, ac egeno in medio  
solitudinis, regnum ipsum Dei: ut supra retulimus. Et sic tristitia vertitur in  
gaudium; solitudo in iucundam societatem & regio incognita in patriam  
propriam.

HINC TRANSITVS fit ad iter tertij diei, renunciationem scili-  
cesui ipsius, propriæ libertatis, voluntatis, & iudicij: qua te ipsum his  
omnibus spoliat, ut perfectius impleat Dei voluntatem; viuatque in perpe-  
tuā Obedientia eorum, quos ipse suo loco constituit. Et hæc est præstan-  
tior multo renunciatio, qua peruenit, sicut Hebrei, in l Etham: quæ erat  
sumptuosa soliditudinis, & significat: immaculatus seu perfectus ero. Hac  
sum renunciatione facta, & accidente obedientia, plena obtinetur perfe-  
ctio Euangelica: ad quam diuina dirigit Vocatione: Nam non dicit: sum per-  
fectus; sed ero: non enim propterea est perfectionem consecutus, sed  
efficac tantum est propositum dandi operam, ut consequatur: cum,  
quod in se est, fecerit, quod opus erat, ad emittenda tria vota. ex  
quo incipit obligatio, perfectionem procuringandi. Sed quia Etham  
(telle Sancto Hieronymo) etiam significat fortitudinem, & perfectio-  
nem: insinuat magna opus esse animi fortitudine, ut ad stationem  
illam perueniat: et quod terribiles sint hostes oppugnantes eos:  
qui ex Aegypto exire volunt, & hanc trium dierum viam perage-

*k Genes. 18.  
Exod. 13.  
Osea. 6. 46.*

*Vide Ribe-  
ram in id  
Post duos  
dies. viij.  
sabiu nos.*

3.

te, vt

re. vt statim apparet ex ijs quæ fecit Pharao vt Hebreorum exitum impedit.

MULTVM verò refert, aduertere: quod quemadmodum Hebrei ne patientiam, nec fortitudinem per se ipsos habuissent, ad exequendum quod vocatio diuina prescribebat; nec potuissent ex Aegypto exire nec Phoenicis resistere furori, nec trium illorum dierum iter ad solitudinem eis perficere, nisi Moyses & Aaron eius frater duces eorum fuissent; qui pro loquerentur, qui eis consulerent, quæ facere deberent; qui consolarentur in difficultatibus ac periculis animos eis facerent; & in reliquis omnibus eis auxilio essent. Ita etiam, quia à Deo sunt ad Religionem vocati, et debent sibi tantum tribuere, quod per seipso omnia implere possunt, quod vocatio Diuina eis inspirat, & committit: nec soli fortitudinem habebut ad resistendum horrendis impugnationibus ac difficultatibus occurritur ipsa executione: nisi ab aliquo spirituali Parre adiuuentur, & qualibetris Duce dirigantur, & excitentur in totius itineris progressu. Anteponit quidem ingressum viri debent opera sui Confessarij; aut eius, per quendam illos vocavit: Post ipsum verò in Religionem ingressum, habet Deus in fratribus duos, Moysen & Aaron, Ducum officio fungentes: Praelatum scilicet qui est proprius pastor, per Moysen significatus; & Tyronum Magister, Confessarius, aut is, cui ex officio incumbit cura rerum spiritualium: significatur per sacerdotem Aaron, nam uterque valde inter se coniuncti animo conformes vigilant & attendunt gubernationi, profectui, & perfectioni eorum, qui sunt sibi commissi; & Novitiorum nominatim, qui sunt plantæ teneriores: ideoque magis indigentes adiutorie. Qui propter eas ad eos illos Duces ac directores in omnibus suis pressuris debent meritò recurrere: ut ipsis in quibuscunque temptationibus adsint, bene consulant, & in mortibus ac timoribus animos addant, & consolentur; ac in omnibus operibus & exercitationibus eos dirigant: & ipsis eorum directionem in omnibus prædictis vita perfectæ itineribus promptè sequantur, donec ad eius finem pertingant, seruantes omnia monita, quæ de his omnibus rebus in sequentibus capitulo tradentur.

